120

Judex T: Sanocen et Czerminski Roborant

22

Comparentes personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosi Mathias Stanislaus de Unichow Ustrzycky Judex Terrae Sanocensis ab una, et Christophorus Czerminski parte ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus Juribusque Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedentes Juri praesentium vero Castrensis Capitaneatus Premysliensis Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo. palam libere, publice, ac per expressum recognouerunt, et quilibet Eorum seorsim Suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem Una pars alteri, ac posteris Utriusque partis, se, ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniarum quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus. Scriptum certum Manuale inserte Recognites ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto manuali contentarum, de actu et data illius hic Premysliae, die hodierna in actu contenta confectum et conscriptum, manibus Recognitum propriis abutrinque subscriptum In omnibus et singulis eiusque Scripti manualis Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis, Vadijs, ligamentis, ac necibus generaliter Uniuersis firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusque et singulis eius contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum manuale, ad Inscriptionem praesentium robnam, et inscriptionem praesentium robnam ad praefatum Scriptum manuale Vicissim in toto referendo. idque sub Vadio Mille Ducentorum florenorum polonicalium per praesentem partem cum Successoribus Utriusque partis ob non completionem Contentorum Scripti

praefati omnium et singulorum, tamen parte quam in toto tot es quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbito, ac poena atque poena principali ex contentis scripti eiusque manualis non completa complenda, citata ex iure mutata pars una praemissa non tenens, sive eius posteri, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius successorum, ad officium praesens castrense capitaneale Praemysliense, contra recessu supra quo ad rem dum spectet mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, sive parere, rendere, vadium praefatum luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate, maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati castrensis capitanealis Praemysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia pro diversis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus iuris, proscriptione terrae, bello, conventione ac aliis omnibus iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quarta post Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo 29/I